

longitudinalibus 3 tantum percursa. Rhachis supra frondis partem foliolotam in cirrhum sat validum exiens, segmenta rudimentaria retrorse adunca ad magnam partem singularia alternantia, apicem versus opposita gerens, aculeis recurvis ulterioribus nullis. „Spadix 1,50 m longus“, simpliciter ramosus. Pedunculi fragmentum 20 cm longum visum, spathis 3 tectum. Rami spatii longis sequentes, circ. 25—35 cm longi, validi. Spathae spadicis rhachin tegentes magnae, longae, in parte libera maximae forsan ad 10 cm (?) circ. longae, sed vix integrae, fragiles, mox etiam longitudinaliter fissae. Rami fructiferi spathellis late infundibuliformibus obtecti. Flores in spathellarum axillis plerumque ut videtur 5. Fructus maturus fere globosus, utrinque late rotundatus, apiculo subito imposito minuto, i. s. 2 cm longus. Squamae in seriebus 18 verticalibus dispositae, maximae i. s. in parte libera 4,5 mm latae. Semen i. s. laeve, 13 mm longum ut latum, atrobrunneum, lateraliter applanatum et concavum, integumentum processu atrobrunneo, fere subgloboso, a rhapsos latere usque ad dimidium semen transgrediente. Albumen reliquum homogenum. Embryo in latere opposito infra dimidium semen insertus.

Portugiesisch Kongo: Maiombe, Nkanda Mbaku, nahe dem Luali-Chilcango, 50 m über dem Meer (J. Goßweiler n. 9092).

Die Art ist schon durch die sehr langen, die Rhachis des Kolbens deckenden Spathae ausgezeichnet. Gegenüber allen anderen Arten sind bei ihr die Fiedern jederseits der Mittelrippe von nur drei sekundären Längsnerven durchzogen. Die Schuppen der Früchte von *O. phaeobalanus* sind in 20—21 Längsreihen angeordnet, der Rhapsosfortsatz durchdringt als breiter Zapfen zwei Drittel der Breite ihrer Samen, während *O. macrospathus* nur 18 Längsreihen von Schuppen aufweist und ihr etwa halbkugelliger Rhapsosfortsatz nur bis zur Hälfte des Samens eindringt.

*Eremospatha suborbicularis* Burret nov. spec. — Caudex visus cum vagina circ. 12 mm diam., vagina dense longitudinaliter costata, anguste tubulosa, glabra atque inermis, supra petioli basin in ochream apice oblique truncatam producta. Frondis visae rhachis 40 cm longa, aculeis numerosis simplicibus recurvis, apice nigricantibus, distichis. Cirrhus visus sat tenuis, 40 cm longus, foliolis rudimentariis aduncis utrinsecus 4 oppositis, praeterea aculeis simplicibus recurvis sat numerosis. Rhacheos segmenta foliacea utrinsecus 6 regulariter disposita, latissima, omnia latissime rotundato-rhomboida, saepe praecipue apicalia ambo obliqua, majora circ. 12 cm longa, usque 10 cm lata, basi usque dimidiam fere latis-

sime cuneata, marginibus superioribus leviter rotundato-undulato-lobulatis, apice late obtuso, lateribus late rotundatis, superiora 2 utrinsecus opposita geminata, reliqua alternantia, sed regulariter disposita, inferiora ad margines aculeata, aculeis inferioribus tantum retrorsis, omnia inter robustiora, utrinque viridia, nitentia, glaberrima, dextra sinistra costae mediae nervis secundariis validioribus longitudinalibus 5—6. Spadicis nondum plane evoluti pars ramosa 20 cm longa, pedunculi fragmentum 12 cm longum visum. Rami oppositi, per paria 8. Paria inferiora supra bracteam annularem, in dimidia 4 mm altam, infra ramos leviter productam, acutam inserta, rami superiores haud oppositi, nonnihil supra bracteam liberam triangulariter acutam orientes. Rami ut rhachis i. s. densissime, brevissime atrorubiginoso-piloso-papilloso-furfuracei, inter minus longos, rigidos. Flores per paria alternantia, paria omnia disticha, basi bractea  $\pm$  triangulari, unguiformi suffulta. Flores nondum aperti minute papilloso-pilosi. Calyx late trilobus, lobis late rotundatis. Corolla quam calyx 3—4-plo longior, visa fere cylindrica, partim  $\pm$  inflata. Urceolus staminalis leviter 6-lobatus, dentibus minutis 6 coronatus, antheris parvis, ovalibus, dentibus insertis.

Portugiesisch Kongo: Maiombe, Nkonda Mbaku, nahe dem Luali-Fluß, ca. 50 m über d. Meer (J. Goßweiler n. 10088).

Die Art ist ausgezeichnet durch die großen, ganz auffallend breiten, abgerundet rhombischen Fiedern, mit breit keilförmiger Basis, die nur wenig länger als breit sind und sich im Umriß einem Kreise nähern. Sie erinnert etwas an *E. Wendlandiana*, bei der jedoch die seitlichen Ecken der Fiedern scharf ausgeprägt sind. Bemerkenswert ist die Behaarung des Kolbens.

**Eremospatha rhomboidea** Burret nov. spec. — Caudex cum vagina 1,5 cm et ultra diam. Vagina in ochream oblique sat longe truncatam producta, inermis, glabra. Frondis visae rhachis foliola gerens 75 cm circ. longa, aculeis recurvatis, numerosis simplicibus, apice nigricantibus, distichis. Foliola utrinsecus 6, ut videtur, sat regulariter disposita, utrinque viridia, subtus i. s. pallidiora, omnia et infima conspicue rhomboidea, marginibus evidenter fere rectangulariter prominentibus, maxima latitudine modice supra dimidiam sita, apice triangulari ad margines leviter undulato-dentato. Segmenta superiora praecipue in apice triangulari subtiliter spinulosa, inferiora et praecipue infima in parte inferiore cuneata robustius spinosa. Segmenta majora visa 16 cm circ. longe, 6,5—7 cm circ. lata, inter minus robusta, in parte dextra sinistra costae mediae costulis longitudinalibus robustioribus secundariis 3—4. Nervi transversales densissime sequentes, i. s. paulo prominentes.